Fragmentarium

his liberrimus ocijs uite nobis curarit relinquendas opes
ampliſſimas litterarum. quod ſi diuiciis incumbuiſſent neque
hic medicina ſalutem inualido tibi dare poſſet. Neque te
alter litibus expediret: patrocinaretur nemo uiduis. pupil
lumque quis tutandum ſuſciperet? Pretoria maieſtas igna
ro populo quid cautum preſtare poſſet. Imperia magiſtra
tus conſultum quis regeret. Hec tamen omnia cum habemus
illorum cineres uenerari fas est: qui ſua ſanctiſſima pau
pertate fructus tantos pepererunt. Verum ut perfecta curem
que cepi. Biantem illum ſi contigerimus uno ſe uer
bo quam fuerit nobilis opum contemptor cognouerimus.
Incenſa enim ciuitate ſua equatis ſolo menibus cum cete
ri in tam afflictis rebus eiulabundi grauem fortunam
quererentur unus hic canebat exhilaratus inter fletus
tantos: Omnia mea mecum porto. Demonstrabantur enim apud
eum opes ſue perpetue dira illa incendia que patriam
extinxere uidebat inter eſtus altiſſimos. Quid de ſocra
te dixerim. cuius plurima dicta ſunt et facta pruden
ter: que ſunt inditio quantum et animo et re copiarum uitorem
attriuerit: que digna fecerit: que loquutus ſit ſapienter
omnia mihi pretereunda ſunt. Unum excerpſero. Hac
una contentus oratione ab illo diſcedam. Sic enim inquit
Contempnito ſollicitos in diuitias qui ignari ſunt ad
opes utendas. Hi enim non aliter male afficiuntur ac ille
qui equum ardentem poſſiderit expers eius artis ſit quia

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 7v – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82227)